✠

CARTA

DE LA SANTA PATRIARCAL, Y METROPOLITANA IGLESIA DE SEVILLA, AL SUMO PONTIFICE

EL SEÑOR PIO SEXTO,

EN MANIFESTACION DE SU JUBILO Y alegria, dando á su Santidad las gracias por la aprobacion de todas las Obras y Escritos de el Venerable Siervo de Dios, é Illmo. y Excmo. Señor D. Juan de Palafox y Mendoza, Obispo de la Puebla de los Angeles en México, y de Osma en España, y llenándose al mismo tiempo de gozo por la aprobacion de los Procesos Apostólicos sobre su causa, cuya Beatificacion pide con las mayores veras. Fué escrita por el V. P. Fr. Diego Josef de Cádiz, Capuchino, á quien la encomendó y suplicó dicha Santa Iglesia, como individuo de dicho Cabildo.

CON LICENCIA:
SEVILLA: IMPRENTA DE CARO HERNANDEZ. 1816.

BEATISSIME

PATER.

Vox facta est exultationis, et salutis in tabernaculis justorum, cum audita fuit in terra nostra vox gaudii, et vox letitiæ, vox sponsi, et vox sponsæ, sermo tuus scilicet, Domine Dominantium, qui socia sedium tuarum assistrice sapientia de cœlis ad nos á regalibus sedibus tuis venit, approbans opera omnia ac scripta Ven. servi Dei D. D. Joannis de Palafox et Mendoza, Episcopi Angelopolitanæ, et Oxomensis Ecclesiarum: uti constat ex tuo Decreto edito die XVI Decembr. anni MDCCLX. Exultavimus iterum, et delectati sumus, cum insuper á sacrá Rituum Congregatione annuente Santissimo, Inquisitio, Apostolica auctoritate Oxomæ facta, super fama sanctitatis, virtutum, et miraculorum in genere dicti Ven. servi Dei, die XII Septembris MDCCLXVII laudata simul, et approbata fuit.

BEATISIMO

PADRE.

En los tabernaculos de los Justos ha resonado el eco de el regocijo y salud, quando se oyó en nuestra tierra la voz de el gozo, la voz de alegria, la de el Esposo, y de la Esposa, tu voz sin duda, Señor Dios de las Magestades, que obsequiada de la sabiduria compañera, ó socia de tus arcanos profundos, vino de los Cielos á nosotros procedente de tu trono, autorizando con su aprobacion las obras todas, y escritos de el V. siervo de Dios el Sr. D. Juan de Palafox y Mendoza, Obispo de la Diócesi Angelopolitana y Oxomense: así lo confirma vuestro Decreto expedido en el dia 16 de Diciembre de el año de 1760. Nos alegramos de nuevo, y se aumentó nuestro gozo, quando vimos alabada, y al mismo tiempo aprobada la inquisicion hecha en Osma, con autoridad Apostólica, por la Sagrada Congregacion de

Tunc vére repletum est gaudio os nostrum et lingua nostra exultatione; audivit, et lætata est Sion, et exultaverunt filiæ Judæ, sive universa Hispania nostra. Lætati sumus quoniam tu fecisti, et quia omnium desiderabilium suorum, quos habuerat illa inter servos Dei á principio, totus hic erat desiderabilis. Ideoque gaudium, et exultationem obtinebunt universæ ditiones Regi Catholico subjectae, si Sanctitas tua dat perseverantiam gaudiorum, annotando (velut ad instar Bethuliae, Praesbiterorum optamus, ac petimus) nomen ejus in numero Sanctorum in terris, ut pote cujus inter Sanctos sors est, et quem gloria, et honore coronavit, atque stola gloriae jamdudum abs dubio Dominus induit in Cœlis.

****
******
****
**
*

Ritos, con anuencia de V. B. sobre la fama de santidad virtudes y milagros *in genere* de el expresado ya V. Siervo de Dios en el dia 12 de Septiembre del año de 1767. Entonces sì que se vieron bañados nuestros labios en el gozo, y nuestra lengua en el júbilo: oyó Sion, y se alegró, y las hijas de Judá se llenaron de regocijo, ó con mas claridad toda nuestra España. Estamos muy complacidos, pues tù lo has hecho; y porque éste era el deseado entre todos los que desde el principio tuvo nuestra España entre los Siervos de Dios. Y por tanto el gozo y la alegria resonarán en los vastos y dilatados Dominios de el Monarca de dos Mundos, de el Rey Católico, si V. S. permite continue nuestro regocijo, dando lugar entre los Santos (como lo deseamos, y pedimos á manera de los Presbíteros de Betulia) á el el que tiene su suerte entre ellos, y á quien Dios coronó de honor y felicidad, ciñendole sin duda, tiempo ha, la estola de la gloria en los cielos.

Dignus est, Bme. Pater, ut hoc illi praestes: nam ejus memoria in benedictione est. Dominus enim similem illum fecit in gloria Sanctorum, glorificavit illum in conspectu Regum, et jussit illi coram populo. In fide, constantia, et lenitate ipsius sanctum fecit illum: audivit eum, et vocem ipsius: excelsum fecit eum, statuit ei testamentum aeternum: dedit illi sacerdotium magnum, et beatificavit illum in gloria. Coronavit eum corona aurea super mitram ejus expresa signo sanctitatis, et gloria honoris, opusque virtutis. Dedit illi in praeceptis suis potestatem docere Jacob testimonia et in lege sua lucem dare Israel. Fuit magnus secundum nomen suum, nam hic velut alius Joannes venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, et veritate. ¡Quam gloriam adepsus est in tollendo manus tuas, et jactando contra inimicos rompheas! Dedit Dominus ipsi fortitudinem, et cognitus est in verbis suis

Sin duda, Bmo. Padre, sin duda es acreedor á esta gracia: pues su memoria está llena de bendiciones. El Señor le igualó en la gloria de los Santos, le engrandeció á presencia de los Reyes, y le diò cargos delante de su pueblo. En su fé, constancia, y mansedumbre lo hizo Santo: oyó su voz, le sublimó: estableció con él una alianza eterna: dióle el Sacerdocio grande, y le llenó de felicidad en la gloria. Ciñó sus sienes con la corona de oro, que rodea á su mitra, siendo señal de este favor la santidad, y el honor, que es efecto de la virtud. Le dió el honroso cargo de enseñar á Jacob, é iluminar con su Ley á la casa de Israel. Su nombre fué grande, pues como otro Juan fué dado en testimonio, para ser un argumento á favor de la luz y la verdad. ¡Que gloria tan completa consiguió, quando armando su robusto brazo, vibró su terrible espada contra sus enemigos! El Señor le adornó de fortaleza, y su fidelidad se conoció en sus palabras, y

fidelis, et in oppugnando hostes circunstantes undique in oblatione agni inviolati. In omni opere dedit confessionem Sancto, et Excelso in verbo gloriae; de omni corde suo laudavit Dominum, et dilexit Deum, qui fecit illum: dedit in celebrationibus decus, et opere ac doctrina ornavit tempora usque ad consumationem vitae, ut laudent omnes nomen sanctum Domini: guvernavit ad Dominum cor ipsius, et in diebus peccatorum corroboravit pietatem. Iste est praeterea Sacerdos ille magnus, qui in vita sua suffulsit domum, et in diebus suis corroboravit templum, atque continenti virtutum exemplo, scriptisque coelesti sapientia refertis, Ecclesiam duplici aedificatione aedificavit: curavit gentem suam, et adeptus est gloriam in ejus conversatione, quia veluti bonus, et sedulus Pastor super gregem suum continuo vigilans, lupos arcebat ab obibus, et oves pascebat verbo vitae: non dubitans pro

en la pugna vigorosa con que destrozó á unos enemigos, que por todas partes le cercaban con sola la oblacion de el Cordero inmaculado. Todas sus obras confesaron al Dios Santo, y Excelso de la gloria: con todo su corazon alabó al Señor, y amó al Dios que lo hizo: le honró en sus celebridades, y el obrar, y enseñar fué su exercicio hasta la consumacion de su vida, para que todos alabasen el nombre Santo de el Señor; y en los dias de la iniquidad hizo triunfar la piedad. Este es aquel Sacerdote grande, que ilustró la Iglesia, que en sus dias reedificó el Templo de el Señor, y con sus escritos, llenos de sabiduria celestial, renovó repetidas veces la casa de el Señor: cuidó de el Pueblo, que le era encomendado, y consiguió gran nombre en su trato; porque al modo de un celoso y buen Pastor, velando siempre sobre su rebaño, ahuyentaba los lobos de sus ovejas, y apacentaba su ganado con la palabra de la vida, no dudando dar su vida, pa-

ipsis etiam animam suam ponere, ne perirent, vel mercenarii illas raperent, seu mactarent.

Ipse denique forma factus gregis ex animo, terrena despiciens, cœlestia quaerens, fide mundum vicit, Diabolum fiducia superavit, atque salutari in seipsum prosequens odio, carnem suam castigans, in servitutem spiritus redegit. Omnibus omnia factus, opes, et consilio nemini defuit. Pes erat claudo, oculus caeco, Pater pauperum, defensor Viduarum, subsidium pupillorum, levamen miserum, infirmorum medela, Virginum tutamen, malénuptarum praesidium, captivorum liberator, omniumque indigentiarum veluti universale remedium. Ecclesias insuper aedificavit, Hospitalia construxit, Collegia, piaque domicilia erexit. Exinde Deo factus est dilectus, hominibus charus, mundo, et Angelis spectaculum. Et licet donis cœlestibus decoratus appareret, scientia praeditus, discretio-

ra que no pereciesen sus ovejas, ó robadas, ó muertas á manos de los mercenarios.

El finalmente hecho el modelo que iba á imitar su grey; despreciando lo terreno, y anhelando lo celestial, venció al Mundo con la Fé, al Diablo con la Esperanza, y castigando su carne con un odio santo, la hizo esclava del espíritu. Hecho todo para todos, á ninguno faltó con su proteccion y consejo. En él encontraba pies el baldado, ojos el ciego, Padre los pobres, Abogado las Viudas, socorro los huérfanos, alivio los miserables, medicina los enfermos, seguridad las Virgenes, defensa las mal casadas, Redentor los cautivos, y todas las necesidades el mas completo remedio. Ademas de esto edificó Iglesias, construyó Hospitales, formó y organizó Colegios, y otras casas de piedad. De aquí es que se hizo amado de Dios, estimado de los hombres, y espectáculo al mundo, y á los Angeles. Y aunque estaba adornado de tan celestiales

ne praecipuus, prudentia excellens, fide plenus, spe insignitus, charitate fervidus, zelo, fortitudine, ac justitia caeterisque virtutibus ornatus, ea semper fuit humilitate, ut nequiorem se omnibus reputans, divinorum beneficiorum se indignum existimaret: scutumque timoris Domini tandiu infatigabiliter tenuit, donec ad victoriam perveniret. Quapropter mirificavit Dominus Sanctum suum, et exaltavit illum apud proximos suos, ita quod non recedat laus ejus de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in aeternum. Nam in omni ore quasi mel indulcabitur memoria ejus, quia sic amplificatus est in mirabilibus suis, ut in vita sua fecerit monstra, et in morte mirabilia operatus sit: mortuum namque prophetavit corpus ejus. Uno verbo, Bme. Pater, ut prolixitatem vitemus: sicut stella matutina in medio nebulae, et quasi luna plena in diebus suis lucet, et quasi sol reful-

carismas, revestido de ciencia, de una prudencia admirable, lleno de fé, enriquecido con la esperanza, abrasado de la caridad, y engrandecido de celo, fortaleza, y justicia, y todas las demas virtudes, fué tan profunda su humildad, que juzgándose peor que todos, se creía indigno de los favores divinos; y tuvo embrazado el escudo fuerte de el temor de Dios hasta que fué coronado con el Laurel de la victoria. Por esto hizo el Señor admirable á este su Santo, y le distinguió entre sus próximos, y siempre está llena de sus alabanzas la boca de aquellos hombres, que no olvidan la virtud de el Señor. Pues su memoria será dulce como la miel para todos, porque de tal modo se ensanchó en las maravillas, que en su vida obró portentos, y en su muerte cosas grandes: pues profetizó despues de muerto. En una palabra, Bmo. Padre, para no ser prolixos: asì como la estrella de la mañana en medio de la niebla, y como la luna llena en sus dias luce

gens, sic iste effulsit in templo Dei.

His igitur validissimis rationibus suffulti, majorem Dei gloriam exoptantes, Ecclesiae sanctae decori, proximique aedificationem consulentes, nos omnes, post effusas ad Deum praeces, in capitulo nostro hujus Almae Patriarchalis, Metropolitanaeque Hispalensis Ecclesiae, ac in Spiritu Sancto, ut pie credimus, legitime congregati, uno ore, unanimique omnium consensu decrevimus Sanctitati tuae enixe, instantissimeque postulare, ut Vir Dei Sanctus iste in numero Beatorum á te quamtocius referatur, ut exaltent eum in Ecclesia plebis, et in cathedra seniorum laudent eum: utque eleemosynas illius, laudemque ejus nuntiet, atque enarret omnis Ecclesia Sanctorum. Laetifica denique Bme. Pater, animas servorum tuorum, quoniam ad te animas nostras, vocesque levamus. Exaudi nos in tua justitia, ut laetemur coram te corde perfecto.

y como el sol resplandece, asi éste brilló en el templo de Dios.

Fundados en estas poderosas razones, deseando la mayor gloria de Dios, consultando al decoro de la Iglesia Santa, y á la edificacion de el próximo, todos nosotros legitimamente congregados en el Espíritu Santo, (como piadosamente creemos) en nuestro capitulo de esta Santa, Patriarcal, y Metropolitana Iglesia de Sevilla, despues de haber encomendado al Señor este asunto, á una voz decretamos pedir á V. S. humildes, postrados, y con la mayor instancia se digne annumerar quánto antes entre los Beatos á este Sto. para que lo engrandezcan en la Iglesia de la plebe, y lo alaben en la cátedra de los Ancianos: y para que la Iglesia toda de los Santos anuncie y publique sus limosnas y alabanzas. Alegra Bmo. Padre las almas de tus siervos, pues á tí dirigimos nuestras voces. Oyenos segun tu justicia, para que nos alegremos ante tu presencia, con un corazon perfecto. Dinos ¿quando será

Dic nobis quando haec erunt, et quod signum habebimus consensus tui, et consumationis causae hujus Ven. Servi Dei, quam tantopere desideramus? quia dies ista nobis erit celeberrima, atque sanctissima in cunctis generationibus.

Hoc Hispaniarum, Indiarumque incolae exoptant universi: Hoc Praelatorum, ac Procerum coetus, Tribunalium gravitas, Cleri, Religionumque conventus avidissime cupit, et expostulat: Hoc plebs tibi dicata, nobilis et ignobilis, tribus universae per familias, et domos suas, juvenes, et virgines, senes cum junioribus, populique omnes, simul in unum dives, et pauper, quia diligunt eum valde in agnitione magnalium suorum, incredibili ardore, ferventique desiderio desiderant celebrare hoc Pascha Beatificationis ejus antequam ex hac vita discedant. Tuum est facere, Sme. Pater, quod non sint fraudati á desiderio suo: Dimitte eos quia clamant

esto, y qual ha de ser el signo de tu condescendencia, y conclusion de la causa de este venerable Siervo de Dios, que con tanta ansia deseamos? Porque este dia nos ha de ser muy célebre y Santo, en todos los siglos.

Estos son los anhelos de todos los habitantes de las Españas, é Indias: Esto piden con eficacia los ilustres Prelados, el Congreso de los Grandes, la gravedad de los Tribunales, el Cléro y las Religiones. Esto suplica la plebe á tì encargada, el noble, el plebeyo, todas las familias los jóvenes y las virgenes, los ancianos con los mas mozos, todos los pueblos, al mismo tiempo el rico y el pobre, porque, hace mucho aprecio de él al conocer sus grandes prendas: es increible el ardor y fervoroso deseo, que tienen de celebrar la solemnidad de la Beatificacion de este siervo en sus dias. En tí está Bmo. Padre, hacer que no sean vanos sus deseos. Dáles gusto, pues claman detras de nosotros, y sus voces han pe-

post nos, et clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit. Esto vigilans, et confirma, quia speculatorem dedit te Dominus domui Israel, et unxit te super haereditatem suam in principem, ut causam, quam nescimus, diligentissime investigando resolvas. Tu enim sapiens es, sicut habet sapientiam Angelus Dei, ut intelligas omnia super terram, sciasque reprobare malum, et eligere bonum, probare spiritus si ex Deo sint, discernere inter justum, et injustum, inter filios Dei, et filios Diaboli, triticum á palea, et á zizania separare, et in sagena sanctae Ecclesiae bonos pisces á malis secernere, intelligereque in novissimis eorum, ut quem numero Beatorum Deus copulaverit in Coelis, tu in cathalogo Sanctorum scribere non dubites in terris, testimonium perhibendo veritati; quod ut Dei testimonium accipimus, quia scimus quod verum est testimonium tuum ac rectum judicium tuum in omnibus.

netrado ya hasta los oidos de el Señor Dios de Sabaot. Vela, y confirma esto, pues el Señor te ha constituido Atalaya de la Casa de Israel, y te consagró Príncipe de su heredad, para que resuelvas, por medio de la mas diligente investigacion esta causa, que ignoramos. Tu eres sabio en la sabiduria, que tiene el Ángel de Dios para conocer de todo sobre la tierra, saber reprobar lo malo, y elegir lo bueno, probar si los espiritus son, ó no, de Dios, distinguir entre el justo y el impio, entre los hijos de Dios, y los de el Diablo, y separar el trigo de la paja, y zizaña, apartar en la red de la Iglesia Santa los peces buenos de los malos, y para no dudar añadir al número de los Santos en la tierra al que Dios colocó entre los Bienaventurados en el Cielo: lo que recibimos como testimonio de Dios, pues sabemos lo verdadero de tu testimonio, y lo recto de tu juicio en todo.

Eja ergo, Bme. Pater, cito anticipent nos misericordiae tuae, ut quod fideliter petimus, eficaciter consequamur. Da gloriam Deo, qui utique glorificatur in consilium Sanctorum suorum. Iterum, atque iterum te postulamus affatim, Episcopum, et Pastorem animarum nostrarum, ut non diutius desiderare permittas: quod facturus es, fac citius. Videant pauperes et laetentur: justi intelligant et congaudeant: audiant haeretici et contremiscant: noscant omnes et exultent, quia in illa die stillabunt montes sanctorum dulcedinem, et colles justitiae fluent lac, et mel misericordiae. Fiat, fiat Bme. Pater, ad majorem Divini Numinis laudem, Ecclesiae sanctae decus, totiusque populi christiani aedificationem. Tu dominaris potestati omnium: in manu tua virtus, et potentia ligandi, atque solvendi; habesque claves regni Cœlorum, quibus claudis et nemo aperit, aperis et nemo

Ea pues, Bmo. Padre, veamos con anticipacion tus misericordias, y consigamos con eficacia lo que fielmente pedimos. Da gloria á Dios, que tambien recibe honor en el coro de sus Santos. Una, y mil veces te pedimos, no permitas deseemos por mas tiempo, Obispo, y Pastor de nuestras almas. Lo que has de hacer sea pronto. Vean los pobres, y se alegren: entiendan los justos, y se llenen de gozo: oigan los hereges, y tiemblen: conozcan todos, y se complazcan, porque en aquel dia destilarán los montes Santos dulzura, y los collados de la justicia manarán leche y miel de misericordia. Hágase, Bmo. Padre, para mayor gloria y alabanza de Dios, honroso timbre de la Iglesia Santa, y edificacion de el pueblo cristiano. Tu dominas el poder de todos: en tu mano reside la potestad de atar y desatar: tienes las llaves del Reyno de los Cielos, lo que cierras nadie puede abrir, lo que abres nadie puede cerrar, pues eres el Vicario de

claudit, quia tu es Christi in terris Vicarius, et Petri successor, haeres, et co aequalis in fidei indeficientia, et dominii principatu, atque in plenitudine potestatis.

Diu igitur vale. Diu vive. Diu regna. Tribuat tibi Dominus secundum cor tuum, et omne consilium tuum confirmet, ut plebs tibi commissa crescat, multiplicetur, et secura dormiat in saltu, vel habitet confidenter, et absque ullo pavore in tabernaculis suis. Multiplicet denique D. O. M. dies tuos, atque quam diutissime conservet, ut suppliciter diebus singulis postulamus.

Hispali, é nostro pleno capitulari consessu: septimo idus Aprilis, Anni Domini Millessimi septingentessimi octogessimi quarti.

Cristo en la tierra, sucesor de Pedro, heredero, é igual á él en la indeficiencia de la Fé, en el primado de el Dominio, y plenitud de la potestad.

Por siglos vale. Por siglos vive. Por siglos reina. El Sr. te dé segun tu corazon, y confirme todas tus resoluciones, para que el pueblo á tí encomendado crezca, se multiplique y duerma seguro, y habite con la mayor confianza en sus tabernáculos, léjos de el susto, y el espanto. Multiplique en fin Dios O. M. tus dias, y por siglos los conserve, como rendidos lo pedimos continuamente.

En Sevilla, à voz de todo nuestro Congreso Capitular en el dia 7 de Abril de el año de el Señor de 1784.